

mam regni positionem in suam post funus mariti . . . ' Eine weitere Benutzung dürfte unnöthig sein, da das Fragment aus Hugo von Fleury, Andreas von Marchiennes und Sigebert¹ compiliert ist. Die zwei folgenden Blätter sind herausgeschnitten. Auf dem letzten fol. 141 liest man noch folgende Translationsgeschichten: reliquiis,] quibus locus ille fulget insignis, secum asportare desiderans, suis et suorum precibus amicorum, abbate scilicet sancti Medardi Ingranno² interveniente, qui monachus inibi et prior extiterat et ecclesię Marcianensi aliquandiu honeste prefuerat, sed præcepto domini papę Eugenii III. ad ecclesiam Suessionensem sancti Medardi regendam vel potius restaurandam assumptus est. Divina favente gratia tam abbatem, quam fratres omnes valde benignos invenit miro et ineffabili modo suę petitioni annuere gestientes. Mane igitur facto post missas abbas ipse eiusdem loci, Iohannes³ nomine, in sancta sanctorum per se ipsum ingressus, ipso dispensante, ipso distribuyente, nobis presentibus divite gaza nostras replevit manus, dans incomparabilem thesaurum certis tytulis assignatum, quod cuius esset, sicut subscriptum est: Digitum unius Innocentis, qui adhuc cum corio apparet et ungue, qui videlicet recens natus et percussus, sicut ab ore eius audivimus, nimirum mox aruit, quia non habebat humorem. Digitum sancti Gentiani martyris. Tres dentes trium martyrum Cypriani, Crispini et Crispiniani. De ossibus Sebastiani martyris. De ossibus Theodori martyris cum sociis suis. De ossibus Panchrati martyris. De ossibus Vitalis et Marcialis martyrum. De ossibus Leodegarii episcopi et martyris. De ossibus Lamberti episcopi. De fascia sancti Pauli apostoli. De vestimentis sancti Iohannis evangelistę. De ossibus sancti Nicholai episcopi et confessoris. De digito sancti Eligii Noviomensis episcopi, in quo insolitum aliquid valde apparuit, quia, cum integrum illum nobis dare nolens partiri vellet abbas, per medium fracto inter manus post sexcentos et eo amplius annos depositionis ipsius adhuc medulla in osse erat. Cuius in testimonium, sicut et ossis, pia largitate participes nos fecit. De ossibus sancti Lupi episcopi et confessoris, qui caducum morbum habentibus et ipsum requirentibus integram sanitatem prestare solet. De ossibus sancti Evremundi confessoris. De brachio sancti Ratberti Paschasii cardinalis [levite⁴] urbis Rome et abbatis Corbeię, qui luculentum librum de corpore et sanguine Domini et alia volumina insignis auctoritatis edidit. De ossibus sanctę Cristinę virginis et martyris. Quod autem

1) Hier sind die Jahre 1006, 1023, 1026, Roberts Beziehungen zu Deutschland betreffend, ausgeschrieben. 2) 1148—1177. 3) I. von Marchiennes 1158—1182 nachzuweisen. Gallia christ. III, 397. 4) Ueber der Zeile von andrer Hd.; auf der Zeile Rasur.